

Correctio Horologii Die 7 Augusti.

Eas tantem apponam Altitudines Solis, quæ ad Correctionem horologii adhiberi potuerunt.

Ante meridiem.

Post meridiem.

Tempus Horologii oscillat.			Alt. superior. marg. ☉.		Tempus Horologii oscillat.			Alt. superior. marg. ☉.	
H.	'	"	o	'	H.	'	"	o	'
10.	29.	48	50.	11 $\frac{1}{2}$	1.	25.	50	50.	37 $\frac{1}{2}$
	31.	16	50.	10		27.	1	50.	32
	33.	15	50.	22		28.	0	50.	27
	34.	8	50.	25		28.	43	50.	23
	35.	18	50.	30		31.	24	50.	9 $\frac{1}{2}$
	36.	15	50.	37	1.	32.	29	50.	4
10.	37.	38	50.	41 $\frac{1}{2}$					

Cum altitudines ante & post meridiem non exacte in minutis conveniant, eas proportionando æquales reddidi. Ex. gr. Hor. 1. 28'. 0". post meridiem observavi altitudinem 50°. 27'. Ante meridiem non quidem eam ipsam Altitudinem observavi; quia vero observavi Altitudinem 50°. 25', Horâ 10. 34'. 8". & Altitudinem 50°. 30'. Horâ 10. 35'. 18". inveni exinde per proportionem tempus competens Altitudini 50°. 27. esse 10 H. 34'. 36".

five 22 H. 34'. 36".

Huic tempori addatur tempus postmeridianum

Summa est

1. 28. 0.

24. 2. 36.

Dimidium Summæ est Meridies nondum correctus 12. 1. 18.

Quia enim Solis Declinatio extra Solstitia non eadem est post meridiem quæ fuit ante meridiem, medium inter duas altitudines æquales justum tempus meridiei exhibere non potest. Interim tamen ope parvæ
cujus-